mō ſtate ꝛ flatum .i. ſpm̄ ꝯtinete.
ꝛ de mundo nobile exiē. Et dt pro
pheta ꝙ nō ē qui reuertat̄. quaſi
diceret. Nimis ſic alloquitur: tn̄
nō eſt qui poſſit ad vitam reduce
re. Deinde alloq̄tur morientes aua
ros. d. Diripite argentū. diripite
aurꝫ. q̄i diceret. Ad regionē igno
tam p̄gitis de veſtro argēto porte
tis. Et ſubdit. Nō eſt finis diuitia
rum ex oībus vaſis. ꝛ deſiderabi
libꝫ .i. mors q̄ eſt finis oīm nō eſt
deputata ad diuitias deferēdas.
nec ad vaſa aurea vel argentea a
ſportāda. Quid vero fiet de ipō au
ro ſubdit. d. Diſſipata eſt ſba eiꝰ
a parentibꝰ. Sciſſa ē eius. ſ. aīa a
demonibꝫ dilacerata ē eius. ſ. caro
a vermibꝰ Deinde alloq̄tur delici
oſos. d. Et diſſolutio geniculoꝛuꝫ
ꝛc̄. Hoc eſt. vos delicioſi qui ha
buiſtis coꝛ ita letum: hēbitis dl'd
acerbitate penaꝝ taleſcens ꝛ ſtu
pefactū. Et habuiſtis genua nō
infirmata a ieiunio: ſed imp̄gna
ta p̄ nimio cibo. habebitis ea laſ
ſa pre nimia eſurie in inferno. ꝛ
qui hūiſtis renes inflāmatos eſ
tu male ꝯcupiſcētie hēbitis eos ꝯ
ſūptos igne gehēne ꝛ ideo tam il
le q̄ alij ꝓphete ſupius noīati om
nes ſunt falſi ꝓphete ꝛ ſtulti eos
ſequunt̄. Tre. ij. Prophete tui vi
derūt falſa ꝛ ſtulta: nec apiebāt
iniquitatē tuā: vt te ad pn̄iam ꝓ
uocarent. Ideo quid fiat de oībꝰ
tam ſupbis q̄ auaris ꝛ delicioſis
d. Naū. ij. Facies eoꝝ vt nigredo

olle ꝛc̄. Omnes eni hēbunt facies
nigras pre nimia ignis aduſtiōe
Nigriores pre nimia famis attēu
acōne. Nigrimas pre nimia fumi
obfuſcacōe. A falſis g̃ ꝓphetis cā
uendū eſt vt dt. Attendi te ꝛc̄.

Sermo tercius eiuſdem.

O Mnis arbor bō facit fructꝰ
bonos ꝛc̄. Hō latine: gre
ce antropos di .i. arbor p
uerſā. Hꝫ ēt radices .i. capillos ſu
periꝰ ad innuendū ꝙ debet plāta
ri in celo. Hꝫ ramos .i. brachia ꝛ
manus inferiꝰ ad innuendū ꝙ dꝫ
operari in mundo. Tria ſunt ꝯſide
randa in arbore. ſ. radix q̄ habet
humorem. ſtipes qui habet recti
tudinem ꝛ rami qui debent habe
re vbertatem. Radices autē arbo
ris ſunt ſicut os animalis q̄ hūo
rem attrahunt. vnde arbores nu
triuntur: ſed fructus ꝓducūt. Ra
dices autē hominis ſunt affectio
nes mentis. Tunc ille radices bo
num ꝛ malum attrahunt humo
rem: prout. ſ. in bono vel in malo
fixe ſunt loco. Sunt enim quidā
qui habent radices fixas in terra
per amorē terrenorum: iſti hau
riunt amorem coꝛruptum. Pš.
Oculos ſuos ſtatuerunt declinaē
in terram. Alij in aquis deliciaꝝ
Iſti hauriunt amorē aquaticū A
poca. xvi. Veni oſtēdam tibi dā
nationē mētricis magne q̄ ſedet

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0486
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG